

quis legatum; ff. ad l. Corn. de fal. Et est de genere indivisibiliū vt notatur in l. si veritas C. de fideicom. & si deficiat in minimo, actus corrumpit, l. cum hi, §. si praetor; ff. de trāsacl. l. nō dubiū C. de legibus. Et ita si voluntas testantis, quæ forma substantialis testamenti, & causa efficiens illius est, non fuerit perfecta, & cōpleta ex omni parte, minimē attēdēda est, vt invalida, & ratione illius invalidum, & nullum erit testamentum; vt infra cap. 5. ex professō continetur, vbi quæ hic deficiunt scripta opportunius habentur.

17 Quantum ad secundam Perfectionem testamēto requisitam, quæ solemnitate dicitur, certum etiam est, iure communi, & Regio adhibendam esse, & si deficiat, deficere quoque testamentum. l. si vnus 12. ibi: Iure deficit testamētū. l. dictātib. 22. ibi: Testibus etiam ad efficiendam voluntatem adhibitis, l. hac consultissima, 21. C. de testamēt. l. si quis ita, 15. ibi: Quia ipsum testam. cōfirmatur testibus adhibitis; ff. de rebus dubijs, l. si queramus, 4. qui testam. facer. poss. l. 1. ff. de petitione hereditat. §. sed cū paulatim instit. de testam. ordinand. l. 1. tit. 1. part. 6. l. 3. Tauri

quæst. 2. tit. 4. lib. 5. Recop. Grammatic. decis. 62. n. 8. Pichard. in d. §. sed cum paulatim nu. 10. vbi inquit, quod deficiente vno ex testibus requisitis, nō tam probatio voluntatis, quā ipsum deficit testamentum, dicit. l. si vnus. & l. si quis 6. §. ceterum; ff. ad l. Cornel. de fals. Matienzus, in l. 1. gloss. 4. tit. 4. lib. 5. Recop. ex n. 11. Mechaeca de success. creat. lib. 1. §. 2. nu. 4. & §. 3. nu. 4. Marta de success. legal. tom. 2. part. 4. quæst. 2. artic. 1. nu. 5. Azevedus in l. 3. tit. 4. lib. 5. nu. 60. vbi quod testator, qui solemnita non servat in testamēto, videtur actum illustorium facere voluisse, & delirare, quia peccat format, & actum frustratorium 18 facit. Argument. l. non solum; ff. de action. & obligat. l. an inutilis; ff. de acceptilat. Ripa in l. 1. §. si quis ita n. 29. ff. de verbor. obligat. Alciatus, in l. nemo potest de legat. 1. num. 23. vbi etiā 19 Ioannes Gutierrez num. 77. Alvarus Valascus, consul. 183. Guzman, veritat. iur. 15. nu. 2. 20 Ratio huius est, quia lex civilis, quæ solemnitatem in testamētis inducit, iusta est, nec iuri divino contraria; vt probat Fortunius Garcia in tractat. de vltim. fin. illat. 15. Covarrubias, in cap. cum eses

21 de testament. num. 3. Quia testandi actus gravis est, & mille fraudibus obnoxius: vnde lex quo tutius, & fidelius ageretur, solemnitatem in testamentis ad evitandam falsitatem introduxit. Antonius Gomez in l. 3. Tauri nu. 24. Valascus, consultat. 149. num. 8. Decianus resp. 21. vol. 2. num. 48. vbi inquit, solemnitatem servandam esse, nam vt notat Bartolus ab eo relatus, frustra tam exquisito apparatu, tantaque prudentia, inducte solemnitates ad evitandas falsitatum suspiciones fuissent, si non servarentur, Corneus cons. 126. num. 2. & 3. vol. 2. non esse permittendum inquit, quod solemnitates testamētorum tot vigilijs excogitate subvertantur. Fontanella 22 de pactis nuptialibus, clausul. 2. num. 9. & 10. vbi quod solemnitates testamentorum non possunt dici leves, cum à lege introductæ sint; & quod etiam si leves videantur, illarum omisio vitiat testamentum. Anneus Robertus, rer. iudicat. lib. 2. cap. 10. fol. 438. vbi inquit ita: Non ergo sola nuda voluntatis probatio sufficit, sed lex certas quasdam solemnitates præscribit, quæ

omissa ultimam voluntatem, ne rata habeatur, impediunt.

23 Quæ autem sint hæc solemnitates traditur in l. iubeamus, & in l. hac consultissima, C. de testamentis, §. sed cum paulatim, §. sed quidem hæc instit. de testament. ordinand. l. 1. cum sequentib. tit. 1. part. 6. l. 3. Tauri, l. 1. & 2. tit. 4. lib. 5. Recopil. Marta de success. legal. part. 4. quæst. 2. artic. 3. Molina de iustit. & iur. tract. 2. disputat. 125. Thomas Sanchez cons. Moral. lib. 4. cap. 1. dub. 1. & 2. Menchaca, Matienzus, & Azevedus in locis vbi supra, & omnes Tauristæ in dict. l. 3. Tauri; præcipuè tamen Burgos de Paz, qui latè hæc tractavit, & passim nos in multis locis, vt ex cap. 10. cum seqq. & cap. 22. vique ad finem capitis 25.

24 Sed an iuris solemnitatibus deficientibus ex minus solemnitate oriatur obligatio naturalis, & qui sint huius obligationis effectus, celebris est controversia; quam etenim disputant latè Gutierrez lib. 2. canonicarum cap. 25. Cevallos quæst. 71. & quæst. 137. Valentia lib. 3. illustr. tract. 5. cap. 1. ex num. 4. Escobar de vtroque foro tom. 1. artic. 2. §. 7. ex num. 204.

Magonius *decif. Florent. 58.*
 Hieronymus Laurentius *de-
 cif. 37. & ex Theologis Leo-
 nardus Læsius de inst. & iur.
 lib. 2. cap. 19. dubit. 3.* Ludovi-
 cus de Beia *in lib. resp. casuum 29
 conscientia, part. 1. casu 53. Dia-
 na 1. part. tract. 8. resol. 75. &
 infra referendi.*

25 Et pars affirmativa, quod
 ex testamento minus solem-
 ni oriatur obligatio natura-
 lis; probatur præcipuè ex se-
 quentibus, multis alijs con-
 sulto omisiss; primo, quia si-
 cut se habet contractus mi-
 nus solemnus quo ad obliga-
 tionem, ita etiam, & vltima
 voluntas minus solemnus se
 habere debet; cum argumè-
 tum valeat de contractibus
 ad vltimas voluntates, *l. pa-
 ctum inter hæredes ff. de pactis,
 at ex pacto nudo oritur obli-
 gatio naturalis. l. iuris gentium 3
 §. sed cum nulla l. si vnus §. pa-
 ctus ne peteret ff. de pactis, igitur
 ex minus solemnus testamen-
 to oriri quoque debet.*

27 Secundo, quia obliga-
 tio naturalis ex iure gentiũ
 provenit *l. cum autem §. is na-
 tura debet ff. de regul. iur.* Sed
 iure gentium nulla solemnitas
 requiritur, *l. verbis legis ff.
 de verb. signif. & solemnitas
 iure civili introducta est, d. l.*

*hæc consultissima, & L. iubemus
 cum alijs supra traditis, er-
 go ex testamento minus so-
 lemni naturalis oritur obli-
 gatio.*

Tertio videtur probari ex
*l. in testamento ff. de fideicommiss.
 libertat. vbi libertas relicta
 alumnae in minus solemnus
 testamento tenet, & inquit
 textus pios hæredes volun-
 tatem illam defuncti adimi-
 plere debuisse, ergo hæc
 obligatio naturalis orta fuit
 ex minus solemnus testamento.*

30 Quarto, quia si ex testa-
 mento minus solemnus obli-
 gatio naturalis non nascere-
 tur, hæres, qui ex testamen-
 to minus solemnus solvit, li-
 ceret ei ob eam causam so-
 lutum repetere, *l. quod inde-
 bitum l. naturaliter, l. quod pu-
 pillus, ff. de condit. indebiti, sed
 repetere non licet l. 2. C. de fi-
 deicommiss. l. si veritas, C. eodem,
 l. fideicommissum, Cod. de condit.
 indebiti.* Ergo oritur obliga-
 tio naturalis.

32 Roboratur magis ex ra-
 tione *dict. legis 2.* quia ideo in-
 quit Imperator repetitione
 fideicommissi soluti ex mi-
 nus solemnus testamento hæ-
 redi denegandam esse, quia
 magis ex conscientia, quam
 ex scriptura solutum fuit

ergo

ergo si in conscientia tene-
 tur hæres scriptus solvere re-
 licta in minus solemnus testa-
 mento, naturalis ex tali testa-
 mento oritur obligatio: cons-
 cientia etenim neminem li-
 gat, quem natura non obli-
 gat, vt inquit Baldus *in l. 1.
 C. de vectigal, & commiss. Vale-
 rius de different. int. vtrumq.
 forum in preludeo num. 12.
 & 13.*

34 Ex quibus sic tenet Glof-
 fa magna *in vers. item in lega-
 to l. 1. ff. de condit. indebiti, & in
 l. cum quis C. de iur. & fact. ig-
 nor. & in l. si post divisione vers. in
 medio C. illo tit. vbi Bald. latif-
 simè Bartolus in l. 1. a num. 6.
 vsque ad num. 13. ff. de condit. in-
 deb. Ripa in l. nemo potest de le-
 gat. 2. num. 96. Et ibi Gutie-
 rrez ex num. 457. vbi citat
 pro hac opinione Iasonem,
 Corneum, Tiraquellum, 35
 Padilla, & alios, Michael
 Grassus, *lib. 1. recop. sent. §. 1. n.
 12. Julius Clar. §. testament. q.
 90. uum. 2. Acofta in cap. si pa-
 ter de testam. lib. 6. p. 1. num. 14.
 Mantica de coniect. vlt. volunt.
 lib. 2. tit. 14. num. 16. vsque ad
 29. Fachineus, lib. 4. contro-
 cap. 5. Reufner. de testament. p.
 1. cap. 4. num. 29. Cald. Pereira
 in l. si curatorem verb. l. asis num.
 71. C. de integr. rest. Burgos de**

*Paz in l. 3. Tauri num. 1480.
 Scaccia de commer. §. 1. quæst. 7.
 part. 2. ampliãt. 19. ex num. 115.
 Decianus resp. 46. ex num. 92.
 Vivius lib. 1. opin. 146. Villa-
 lobos in arar. comm. opin. lit. L.
 num. 24. Et ex Theologis
 Molina de iust. & iur. disp. 81.
 Læsius dict. cap. 19. dubit. 3.
 Reginaldus lib. 25. num. 105.
 Emmanuel Sæverbo testamen-
 tum num. 3. Molfes. 2. summ.
 tract. 13. cap. 2. num. 141. Co-
 mitol. 7. resp. moral. quæst. 8.
 Divus Antonius 33. part. tit.
 10. cap. 3. §. 14. Homobonus
 1. part. tract. 7. cap. 19. quæst.
 188. Filliucius 2. quæst. Moral.
 tract. 34. cap. 7. num. 150. Tru-
 llench. 7. Decalogi cap. 18. du-
 bit. 13. & alij statim referen-
 di, & novissimè Ferro Man-
 tique, quæst. vicar. 2. part. quæst.
 105.*

Huius naturalis obliga-
 tionis, quæ ex testamento
 minus solemnus oritur iuxta
 prædictam opinionem ali-
 qui sunt effectus: primus est,
 quod hæres scriptus in co-
 potest in foro conscientia
 hæreditatem retinere, Gu-
 tierrez, *d. cap. 25. num. 11. Ca-
 faneus, in consuetud. Burgund.
 rubr. 4. §. 6. verb. Desdroiuz. nu-
 18. p. 651. Valerius in verb. le-
 gatium differ. 6. Thomas San-
 chez*

chez 4. *conf. Moral cap. 1. dubit. 39* cut, nu. 18. Padilla *in l. cum quis* 14. num. 5. & 6. Et alij relati à Diana, *d. resol. 27. vers. hinc etiam.*

36 Secundus, quod hæres ab intestato tenetur dimittere, seu restituere hæreditatem hæredi scripto in testamento minus solemnni. Innocentius *in cap. sicut de elect. Abbas in cap. quia plerique in fine de immunit. Eccles. & in cap. 1. de in integr. restit. Alexander in d. l. nemo potest num. 23. vbi Iason num. 75. Ripa num. 102. Felinus in cap. 1. de const. t. num. 39. Et omnes relati supra, num. 34.*

37 Horum ratio est prædicta obligatio naturalis, quæ ex testamento minus solemnni oritur: obligatio etenim naturalis hunc parit effectum, ut possit retineri naturaliter debitum, licet iure civili non possit peti, *l. frater à fratre vbi notatur. ff. de condit. indebitis*, & quia obligatio naturalis, quæ oritur ex voluntate quo-

38 cumque modo expressa fundatur in æquitate, & est efficax ad agendum saltem de iure Canonico *cap. 1. de pactis*, Decianus *vbi supra num. 94.* & quia quod naturaliter debetur est solvendum in foro animæ, Innocent *in d. cap. si-*

num. 9. *C. de iur. & fact. ignor. Garcia de nobilitate glos. 6. §. 1. num. 10.* & quod naturaliter debetur venit in compensationem *l. etiam id ff. de compensationibus.*

40 Ex quibus tertius, & præcipuus prædictæ obligationis naturalis secundum opinionem relata fundatur effectus, nempe quod hæres ab intestato legata in minus solemnni testamento relicta in foro animæ tenetur præstare, & legatarius rem sibi legatam in dicto foro potest retinere. Quæ conclusio principalis est huius controversiæ, & tenet Bartolus *in tract. Minoric. lib. 1. cap. 3. quæ sequitur Antonin. inc. quia plerique n. 9. de immunit. Eccles. vbi Abbas n. 43. Adrian. quodlib. 6. ar. 1. illat. 2. Angel. in summa verb. heres. num. 5. Tabiena: ibi lem num. 4. Silvester. verb. testam. tam 1. quæst. 5. §. 4. & verbo hereditas 3. quæst. 7. Medina. de restit. quæst. 23. Lopez 2. part. cap. 14. Sotus lib. 4. de iust. & iur. quæst. 5. art. 3. Bañez quæst. 62. disp. 5. Gomez Baio in praxi lib. 2. q. 2. n. 9. Capicius decis. 89. argumētis de contrario plenè satisfaciens, Fachinæus *d. lib. 4. cap. 5. Valentia**

il-

42 *illustr. tom. 3. tract. 3. de legatis cap. 1. numer. 5. Scaccia. d. ampliat. 19. n. 115. vbi refert Alexandrum, & Iasonem, qui non solum retentionem concedunt legatarijs, quibus relicta sunt legata in testamento minus solemnni, imò dicunt posse in curia Episcopali petere, & consequi dicta legata per denunciationem Evangelicam, & Decianus nu. 95. ex Petro de Ancharrano inquit, quod qui contra simplicem voluntatem defuncti licet non solemnem iudicaret, facere contra veritatem, quæ nullo modo est infringenda cap. veritate 7. dist. & alias ponderationes facit per ipsum videndas, ex quibus probatur, & fuleitur nimis prædicta opinio.*

43 Ceterum contrariam opinionem, & quod ex testamento minus solemnni non oriatur obligatio naturalis, primus omnium tenet Petrus de Bella Pertica, atque ultramontani omnes, ut refert Greg. Lopez *in l. 31. tit. 14. part. 5. Cinus in l. cum quis n. 2. C. de iur. & fact. ignorant. vbi Padilla nu. 11. in puncto iuris veritatem dicit, Romanus in l. 1. n. 16. ff. de cod. indebitis, & ibi Iass. & Fulgos. Socin. conf. 97. n. 2. vol. 1. Cor-*

41 *neus cōf. 137. n. 3. lib. 2. Covarr. in cap. cum esses de testamentis n. 9. Lotiotus de iur. art. tract. 11. cap. 12. Cervat. in l. 3. Tauri n. 201. Méch. de success. creat. lib. 1. §. 1. n. 22. optimè Matienz. in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. ex num. 9. præcipue n. 32. Accac. Anton. de Ripoll. 1. var. resol. 13. ex n. 719. Franciscus Molino de ritu nuptiarum comput. 19. n. 37. Escobar de vtroque foro, art. 2. num. 16. & statim referendi.*

44 Et secundum eam dicunt plurimi tam ex antiquis, quam ex recentioribus, legata in minus solemnni testamento relicta in foro conscientiæ minimè deberi, & heredem in eo institutum hæreditatē retinere non posse, sed heredibus ab intestato restituendam esse. Sic Baldus *in l. 1. in 2. lectura n. 55. vers. unde dico. C. de sacros. Eccles. benè disputans Antonius Gomez in l. 3. Tauri num. 123. Azevedus in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. num. 42. Fortunius Garcia in tract. de vltim. fine illat. 15. Covarrubias vbi supra numer. 6. qui quatuor rationes in comprobationem tradit Menochius de præsumpt. lib. 1. quæst. 80. Cevallos quæst. 137. vbi in fine hanc opinionem*

C ve-